

in obsequiis; 6. obedientiam in mandatis; 7. timorem; 8. adiutorium in cooperatione, &c. Ex sermonibus de temp. a fol. 56. pag. 1. ad fol. 57. pag. 2.

Sermone tertio idem, sex hydriæ nobis necessariaæ afferit, in quibus mox cū peccauerimus nos lauemus. 1. est cordis contritus; 2. confessio quæ debet esse pura, dolorosa, integra; 3. satisfactio pro peccatis; 4. iniuriarum remissio; 5. operum misericordie tam spiritualium quam corporalium exhibitio; 6. feruens dilectio Dei, quæ est ignis spiritualis duleiter ardens, sic peccata consumens, sicut stipulam flama. Ex sermonibus de temp. a fol. 57. pag. 2. ad fol. 58. pag. 1.

D. E S E B I I E M I S E N I homilia in Euangelium. In nuptiis contemplatur Christum Ecclesiam ex Gentibus congregandæ suscepta incarnatione iungendum in sex hydriæ, sex mundi ætates: in aquis in vinum conuersis, baptismatis & regenerationis similitudine, necnon legis in gratiam, veteris Testamenti in nouum translationem: in vino deficiente, vinea Iudæorum sterilitate, quæ debens proferre vuas, fecit spinas & labruscas in bono vino ad finem usque reseruato, præceptum legis gratiae & in Architictono, Apostolum Paulum, ac præpositum in domo Domini. Homil. 2. in Epiph. fol. 12. & sequentibus.

Eiusdem homilia unde supra, Aliis verbis quedam iam superiori homilia præmissa exprimit: Deinde de diuino amoris & ecclesiæ dulcedinis poculo differit, necnon de demonis calice quo inebriatæ anima, virisque repleta, toxicò inficitur, & in infernum deiicitur; Denique deflectiorationem in descriptione ac consideratione tormentorum inferni, & pœnarum purgatorij Homil. 3. in Epiph. fol. 14. & sequentibus.

G E R S O N II sermo in Concilio Constantiensi hac die habitus, super Euangelium quod comparat speculo cuidam in quo, (vt docent Catoptrici) relucunt ex viuis corporis obiectu quatuor imagines, speculo integro remanente, habet enim quatuor expositiones quasi totidem species, prima est litteralis, secunda allegorica, tertia tropolo-

gica, quarta anagogica; secundum quas. I. agit de nuptiis corporalibus. II. de nuptiis spiritualibus & sacramentalibus. III. de nuptiis sensualibus. IV. de nuptiis æternalibus; & disputationem de excellentiâ ipsarum instituit, littera corporales laudat, allegoria sacramentalis & spirituales celebrat, tropologia sensualis commemorat, anagogia æternales extollit, tandem disceptatio ipsarum comprimitur, & unitate mirabili conciliantur: quibus præmissis de nuptiis iuxta allegoricam intelligentiam ample differit, quicquid in nuptiis ex consuetudine fit ad Ecclesiam Christi sponsam refert & nuptias eius spirituales describit. Multas insuper quæstiones mouet videlicet, quibus dotibus dñita & adornata est Ecclesia; qualis sit habitudo Christi sponsi, ad sponsam Ecclesiam, & viceversa; quare Deus voluerit carnale coniugium signum esse spiritualis; quo pacto materialis Ecclesia spiritualem significet, sic, ut mutuas sibi laudes & nomina communicent; denique quib⁹ modis & locis sacræ scripturæ figurentur hæ Christi & Ecclesiæ nuptiæ. Has autem quæstiones in præsenti sermone non soluit, præter unicam neppe, primam, pro qua quinque dotes Ecclesiæ enumerat. Tom. I. part. 1. a col. 317. ad col. 335.

C Item consequenter tractatus eiusdem de nuptiis Christi & Ecclesiæ habetur, in quo satisfacit quæstionibus in superiori sermone propositis, & tunc ob breuitatem temporis non solutis. Ibidem col. 336.

Eiusdem sermo in quo Euagelium ad litteram exponitur, deinde ad moralitatem; moralitas autem contra auaritiæ procedit, & I. ostendit matrimonium auaritiæ cum humano spiritu esse maledictionibus plenum. II. Auaritiæ marito suo non seruare fidem, promittit siquidem, sufficietiam, securitatem, protestam, libertatem, requiem & iunctitudinem; at nunquam soluit: immo verò omnia afferit in contrarium & pro sacramento execrationem profide, deceptionem habet. III. Auaritiæ esse sponsam sterilem, infecundam, nullum bonum, nullam prolem procreantem.